



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XII. De Nicolai primi epistulis & responsis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

dem libro inscriptio est : *Item ex lib. 3. Capitul. c. 25.*
 In margine sunt hæc : *Et in Conc. Trosleiano c. 13. &
 inter leges Longobard. tit. de homicid. lib. hominis, l.
 27. Pan. l. 8. c. 7. Burc. l. 6. c. 5. Ivo p. 10. c. 9. &
 134. similia quædam.* Inscriptio capituli 28. *Qui occi-
 derit, eadem quæstione est : Item ex lib. 6. capitul. c.
 50. Et in margine : Ivo p. 10. c. 10. Pann. l. 8. c. 8.*

(4) In eodem Romano libro inscriptio capituli 104.
*Monachi sibi, de consecr. dist. 4. hæc est : Item ex li-
 bro Capitularum. In margine est : Ivo par. 1. c. 133.
 Pann. l. 1. c. 81. In Notis : In indice septimi libri Ca-
 pitularium numero 494. (nam capita ipsa à 475.
 usq. ad 558. in volumine quod ex Gallia habitum est
 desiderantur) hæc leguntur : *Ne sibi compadres & com-
 matres monachi faciant.**

(5) Ante caput 126. *In sabbato, eadem distinc-
 tione hæc in eodem libro verba sunt : Item Capitularium
 lib. 6. c. 77. In margine est : Ivo par. 1. c. 112. Pann.
 l. 1. c. 103.*

(6) Hæc etiam est in eodem libro inscriptio capi-
 tuli 34. *In omnibus, de consecr. dist. 5. Item in lib. 5.
 Capitul. c. 115. In margine est : Et in Mogunt. sub Ca-
 rolo c. 9. Ivo p. 6. c. 402. In Notis : Ministris] In
 originali & apud Ivonem est magistris. Sed ob glossas
 non est emendatum.*

DE NICOLAI PRIMI epistulis & responsis.

Dialogus duodecimus.

A. IN Conciliis Coloniae editis duæ tan-
 tum Nicolai epistolæ sunt; quarum
 prior est ad omnes catholicos, cujus initium
*Quæ apud Constantinopolitanam urbem, po-
 sterior ad Michaëlem Imperatorem, cujus
 initium Proposueramus quidem. Sequitur hæc*

collectio fragmentorum Nicolai rescripto-
rum ex Gratiano in xx. titulos divisa. In epi-
stulis Nicolai in urbe Roma editis xvi. epi-
stulas inveni & alia quædam fragmenta. Re-
peritæ sunt illæ duæ & aliæ xi v. ad causam
Ignatij & Photij pertinentes. Omnes, sex
exceptis, exstant Græcè & Latinè in octava
synodo; quamvis Græca sunt breviora, La-
tina pleniora. In fragmentis editis cum illis
xvi. epistulis agitur de abroganda Metensi
synodo, de depositione Thietgandi Treve-
rensis & Guntharij Coloniensis Archiepisco-
pi ob causam Lotharij Regis & duarum mu-
lierum Thietbergæ & Vualdradæ, & ob sen-
tentiam in Engeltrudem uxorem Busonis non
servatam. Item de reliquis Episcopis dicto-
rum Archiepiscoporum complicibus, & de
eadem Engeltrude, quæ à viro discesserat.
Postremò de sententiis & interdictis aposto-
licæ sedis. Additur his epistulis & fragmentis
ex Reginone & Sigeberto historia, & ex
Orhone Episcopo Frisingensi. Inseritur pars
epistolæ Nicolai ad Carolum Regem de ead-
dem causa Regis Lotharij & Thietbergæ
Reginæ, item pars epistolæ ad omnes Epif-
copos Germaniæ & Galliæ de excommuni-
catione Vualdradæ pellicis, & pars epistolæ ad
eundem Lotharium Regem de eadem causa.
Nunc quid tu adferas, scire cupio. B. Res-
ponsorum Nicolai ad consulta Bulgarorum
capita centum & sex. C. Edita sunt nuper cum
Clementis constitutionibus Latinis & cum
Arabicis Nicænæ synodi capitibus octuagin-

ta. B. Conferri poterit uterque liber. Alio volumine continentur Nicolai epistolæ plus minus sexaginta, in quibus nonnullæ sunt de causâ eadem Lotharij Regis. Primæ autem ad causam Rothadi Episcopi Sueffionensis malè ab Hincmaro Remensi Archiepiscopo depositi pertinent. C. Hac quoque de re nuper editæ sunt sexdecim Nicolai epistolæ in appendice bibliothecæ sanctorum patrum.

A. Ex his omnibus videndum nobis est quam opem Gratiano adferamus. Et percurramus, si placet, titulos xx. ex Gratiano cum Conciliis, ut dictum est, editos. Titulo I. duo capita sunt, de quibus aliquando egimus. Cap. I. distin. x. *b* quod est in appendice epistula quarta. B. In veteri libro epistula secunda. Desiderantur enim epistula prima ad Hincmarum & pars epistolæ secundæ ad eundem & epistula tertia ad Carolum Regem.

A. Distinctionis XII. caput v. *c* inveniri dicebat in epist. LII. Nicolai ad Hincmarum Archiepiscopum & alios, cujus initium, *Omnia nos portare*. B. Is numerus convenit cum hoc veteri libro. In appendice ea epistula non est. (1) A. Titulo II. tria capita sunt. Primum est distin. IIX. cap. III. quod est epistula ad eundem Hincmarum esse dicitur. B. Id inveni epist. XXXII. cujus initium, *Epistolam beatitudinis tue*, quæ longior est, prope finem. Ex ea pro *impiis* scribendum *improbis*. & vox *compressæ* in *compressæ* mutanda est. & pro *abicienda* & *vitanda* est tantum legi *vitanda* est. A. Quid Ivo d & liber Cæsaraugustanus

a Lib. 1. dialog. 19. & 20.
b c. 1. dist. 10.

c Dist. 12. c. 5.
Ridiculum.

Dist. 8. c. 3.
Mala.

d Ivo lib. 2.
tit. 12. c. 28.
panor. & par.
4. cap. 203.
decr.

Cæsarugustanus e habent? B. Ivo in Panormia
 voce *abicienda* caret. vocem *impiis* retinet,
 & *compresse*. Idem in excerptionibus vocem
compresse habet. cetera ut in Panormia. C.
 In Cæsarugustano vox *abicienda* non est,
 neque illa, *ab impiis*. vox *compresse* est. Sed
 in eo libro diphthongorum ratio non habe-
 tur. Cur in margine addunt Demochares &
 Contius: *Augustin. lib. III. cap. VI. contra*
Donatistas. B. Erratum est in Contianis libris.
 Nam Demochares rectè prope caput IV. *Ve-*
ritate addi jufferat. (2) A. Secundum caput
 est de quo G. dixerat *f* caput tertium distin.
 XII. g. *g* cujus pars incerta est, pars sumitur ex
 epistula Nicolai ad Photium edita Romæ,
 quæ etiam lecta est in synodo octava. (3)
 Caput tertium est distinctionis XXI. caput
 sextum *h* ex epistula Nicolai ad Michaëlem
 Imperatorem, cujus initium *Proposueramus*,
 quam exstare diximus in Conciliis & in edi-
 tione Romana. Hoc etiam caput referunt Ivo
 & Anselmus *k* & liber Cæsarugustanus *l*.
 Tituli tertij capita XVI. sunt. Primum est
 ejusdem XXI. distinct. caput IV. *m* quod non
 rectè Gratianus adscribit Nicolao ad Con-
 stantinopolitanum Episcopum. Est enim ex
 eadem epistula ad Michaëlem Imperatorem,
 ut etiam Demochares notat; & aliqua verba
 sunt Ennodij à Nicolao relati, quem vocat Ti-
 cinensem Episcopum. B. Is est Ennodius qui
 laudatur in synodo Romana contra Symma-
 chum Papam. A. Idem est, ut ex hac epistula
 Nicolai & ex dictato Gregorij VII. elici po-

e *Cæs. libr. 1.*
c. 14.

f *Libro 1. dial.*
20.
g *Dist. 12. c.*
3. Scit sancta.

h *Dist. 21. c.*
6. Denique.

i *Ivo par. 5.*
c. 17. *et par.*
6. c. 355. *decr.*
k *Anf. lib. 7.*
c. 144.
l *Cæs. lib. 8.*
c. 26.
m *Dist. 21. c.*
4. Inferior.



n *Dist. 21. c.*
5. Nolite.

o *Dist. e. c. 7.*
Nunc autem.
p *Ivolib. 4.*
tit. 1. c. 6. Pa-
nor. & par. 5.
c. 8. decr.
q *Ansel. lib.*
2. cap. 67.
r *Dist. ea c. 8.*
Submittitur.
s *c. 9. In tan-*
tum.

f *Ivolib. 4.*
tit. 1. c. 6. Pa-
nor. & par. 5.
c. 8. decr.
t *Ansel. lib. 1.*
c. 67.
u *2. q. 2. c. 2.*
Omnes.

x *33. q. 2. c. 3.*
Historia.

y *3. q. 5. c. ult.*

z *3. q. 9. c. 12.*
Revera. & c.
14. Indicas.

a *e. q. c. ult.*

test. Alterum caput *n* ex eadem epistula est, ut rectè Demochares notat, licet tantùm adscripserit Gratianus vocem *Idem* cap. v. ejusdem distinctionis. Tertium quoque caput *o* ex eadem est, & Gratianus post Ivonem p & Anselmum q Nicolao ad Michaëlem Imperatorem adscribit. Quartum etiam & quintum ex eadem est, & à Gratiano r in eadem distinctione conscriptum. C. Poterat, si ex fonte hausisset, uno capite omnia verba referre. Sic ordinem quoque epistolæ servasset, quod minimè fecit. A. In extremo quarto capite, quod Gratiano est octavum, *Præstulandum* est in Conciliis, quod malo quam *Postulandum*. Quintum refert, præter Ivonem s & Anselmum t, Hadrianus minor in epistula ad Ignatium CP. lecta in octava synodo actione tertia. (4) Caput sextum submittur ex causa ii. quæst. ii. capite etiam u quod Gratianus Nicolao Papæ adscribit, addit Joannes Cochlæus Carolo Regi Francorum. Alibi x idem Gratianus Carolo Imperatori scripserat in simili re, atque adeo in eadem. Sed malo credere utrumque falsum esse, & utriusque capitis verba esse Isidori Mercatoris in præfatione Conciliorum. (5) Septimum caput y ex illa ad Michaëlem Imperatorem epistula est, ut Gratianus refert. (6) Octavum & nonum z incerta sunt, licet Gratianus inscripserit: *Nicolaus Papa Galioni Archiepiscopo Senensi*. Decimum caput a incertum etiam est, malè Nicolao ad *Immarum Remorum Archiepiscopum* inscrip-

tum à Gratiano. Semper autem est Hincmarus in veteribus libris scriptus. (7) Verior est inscriptio capitis xi. apud Gratianum *b* & Ivonem *c* & Anselmum *d*, cùm sit ex illa epistula Nicolai ad Michaëlem Imperatorem; ex qua etiam est caput duodecimum *e*. (8) Quod sequitur caput xiii. Gratianus *f* Nicolao Papæ adscribit; additque Cochlæus, *Carolo Regi Francorum*. Vide an sit in veteri libro. B. Est epistula xx. ad Carolum Regem incipiens *Nunquam*, vel *Nil aquè*; ex qua alia capita sunt apud Gratianum. In verbis nulla est varietas. (9) A. Caput xiv. sumitur ex illa magna epistula ad Michaëlem. quod etiam Ivo *g* & Gratianus *h* notant. Sed Nicolaus refert Cælestini Papæ epistulam ad Episcopos Orientis cap. xii. Græcè, cap. vii. Latinè in Concilio Ephesino relatam. (10) Caput xv. *i* diximus Isidori esse Mercatoris verba in præfatione Conciliorum, & non esse Nicolai ad Carolum Regem. Caput xvi. ex Reginone didicimus sumi ex epistula Nicolai ad Carolum. Et quia est hoc caput proximum superiori apud Gratianum *k*, verisimile videtur inscriptionem hujus capitis in illud recidisse. B. Ita est ut suspicaris. Namque hæc est illa ad Carolum epistula xx. ex qua dixi alia quoque esse capita apud Gratianum. Id etiam Burchardus *l* & Ivo *m* notant. A. De varietate videamus. B. Pro illis, *judicium agendum sit, nulla ratio patitur, illic est, judicium sit agendum nulla ratione patet*. Pro *Thebergam* est *Theupergam*. Pro

Y ij

b 4. q. 1. c. 2.
Quod autem.
c Ivo lib. 4.
tit. 7. c. 20.
Panor. c.
part. 14. c.
70. decr.
d Anf. lib. 1.
c. 72.
e 4. q. 4. e.
ult.
f 6. q. 4. c. 6.
Quod bene.

g Ivo lib. 5.
tit. 5. c. 11.
Panor. c.
part. 14. c.
58. decr.
h 24. q. 1. c.
35. Ait.
i 33. q. 2. c. 3.
Historia.

k e. q. c. 4.
Sive.

l Barc. lib. 9.
c. 52.
m Ivo par. 8.
c. 116. decr.

illis, posse inire certamen, illic plura sunt, posse legalem inire conflictum vel legitimum controversie subire certamen. Pro illis, Itaque etiam locus, illic est, Inter quos etiam locus. Pro nulla vis multitudinis formidetur, est, nulla sit vis multitudinis formidanda. A. Quia ex his Burchardus recipit? C. Judicium agitandum, nulla ratio patet, Thietbergam, & posse inire conflictum vel legitimum controversie inire certamen, & Inter quos etiam locus, & nulla sit vis multitudinis formidanda. A. Ivo videatur & Reginon. B. Patitur, Thietbergam, habet Ivo. cetera ut Burchardus, agitandum pro agendum Reginon libro 11. Chronicorum. Thietbergam pro Theupergam, & nulla vis pro nulla sit vis. cetera ut in epistula xx. (11) A. De aliis titulis postea agendum erit. Nunc valetudini consulamus.

A D D I T I O N E S.

(1) **D**E inscriptione capitis 1. distin. 10. scriptum est lib. 1. dial. 19. addit. 10. & de capite 5. *Ridiculum*. dist. 12. lib. cod. dial. 20. addit. 8.

(2) Caput tertium *Mala*. dist. 8. in eodem libro Romano ita inscribitur; *Item Nicolaus Papa Himerio Remensi Archiepiscopo*. In margine est: *100 p. 4. c. 203. Pan. l. 2. c. 28*. Et in Notis: *Caput hoc est ex epistola Nicolai qua incipit Epistolam beatitudinis; extatque unà cum aliis ejusdem & aliorum Pontificum epistolis manuscriptis Roma in bibliotheca monasterij Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est. Voces vitanda & improbis & compressa edita sunt.*

DIALOGUS DUODECIMUS. 341

(3) Libro i. dial. 20. addit. 7. scriptum est de inscriptione capitis 3. *Scit sancta*. dist. 12.

(4) Inscriptio capitis sexti *Denique*. distinct. 21. in eodem libro hæc est: *Idem Nicolaus Papa eadem epistola*. Est autem capite quarto *Inferior*. scriptum; *Vnde Nicolaus Papa ad Michaëlem Imperatorem in epistola cujus initium est Proposueramus.*] In margine est: *Ans. l. 7. c. 144. Ivo par. 5. c. 17. & par. 6. c. 355.* Capitis quinti *Nolite nos*. inscriptio est: *Idem eadem epistola*. Et capitis septimi *Nunc autem*: *Idem ead. epistola*. In margine hæc sunt: *Poly. l. 1. tit. 20. Ans. l. 2. c. 67. al. 65. Ivo par. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6.* Capitis octavi *Submittitur*. inscriptio hæc est: *Idem Nicolaus eadem epistola*. In margine est: *Poly. l. 1. tit. 20. Ans. l. 2. c. 65. Ivo par. 5. c. 8. Pan. l. 4. c. 6. & 7.* Et in extremo capite additur in margine: *In Concilio Chalcedonen. actione 5.* Et in Notis: *In contumacia*] *Hinc usque ad verb. ponens addita sunt ex originali.*

(5) Ante caput secundum *Omnes*. 2. q. 2. in eodem libro ita scriptum est: *Item Nicolaus Papa*. Et in margine est: 33. q. 2. *Historia. p. Hæc omnes. In præfatione Isido. in collectionem suam.* Inscriptio capitis 3. *Historia. 33. q. 2.* hæc est: *Item Nicolaus Papa Carolo Regi*. In margine est: *In præfatione Isidori in volumen Conciliorum.* In Notis: *Hujus mulieris meminit Iustinus in primo Apologetico pro Christianis & Eusebius ecclesiastica historia lib. 4. c. 16. Verba quidem hujus capitis in epistolis Nicolai impressis aut manuscriptis non sunt inventa; sed habentur ferè eadem in præfatione Isidori in suam canonum collectionem. Præstat tamen Iustinum & Eusebium adire. Fortasse autem in hoc caput translatus est titulus ex sequenti.*

(6) Extremi capitis, cujus initium est *Quod suspecti*. 3. q. 5. in eodem libro inscriptio est: *Vnde Nicolaus Papa scribit Michaëli Imperatori in epistola qua incipit Proposueramus.* In margine est: *Ivo p. 5. c. 55.* In Notis multa sunt animadversione digna. Vid. dial. 2. lib. 1. add. 9.

(7) Caput 12. *Revera*. 3. q. 9. in eodem libro ita inscribitur: *Item Nicolaus Papa Gallioni Archiepif-*

copo Senensi. In margine est: *Al. Senonensi. Sententia habetur in epistola Nicolai ad Episcopos qui in Crvicinum convenerant, nuper impressa.* Inscriptio capituli 14. est: *Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo. Indicas Hermannum. &c.* In margine est: *Al. Senonensi, & Al. Herimannum.* Capituli extremi inscriptio est hæc: *Item Nicolaus Papa Himmario Rhemorum Archiepiscopo. Neesse est &c.*

(8) Hæc inscriptio est, in eodem libro, capituli 2. *Quod autem. 4. q. 1. Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaëlem Imperatorem, cujus initium est Proposueramus.* In margine est: *Anf. l. 1. c. 71. Ivo p. 14. c. 70.* In Notis multa sunt optimè addita. Inscriptio capituli extremi *Contra ritum. 4. q. 4. eadem est: Vnde Nicolaus Papa ad Michaëlem Imperatorem epistola cujus initium est Proposueramus.* In Notis est: *Caput hoc emendatum est ex ipso originali Roma impresso.*

(9) Gratiani verba sunt in eodem libro ante caput 6. *Quod bene. 6. q. 4. Vnde Nicolaus Papa ait in epistola ad Carolum Regem, cujus initium, Nunquam dolorem generat.* In margine est: *Burch. l. 9. c. 49.*

(10) In eodem libro Romano inscriptio capituli 35. *Ait Celestinus. 24. q. 1. hæc est: Item Nicolaus Papa scribit Michaëli Augusto epist. 7.* In margine est: *Ivo par. 14. c. 58. Pann. l. 5. c. 134.* In Notis: *Nicolaus hic citat epistolam Celestini Papa scriptam Ioanni, Iuvenali, &c. Episcopis per orientem, præsertim est in Concilio Ephesino Vaticana bibliotheca & Lutetia impresso.*

(11) De inscriptione capituli 3. *Historia. 33. q. 2.* scriptum est in additione quinta. Inscriptio capituli 14. *Sive de conjugij.* eadem quæstione hæc est: *Item Nicolaus Papa in epistola Carolo Regi.* In margine hæc sunt: *Polyc. l. 6. tit. 4. Burch. l. 9. c. 32. Ivo p. 8. c. 116. Regino l. 2. Chronographia.* In Notis est: *Epistola ex qua acceptum est hoc caput habetur Roma in codice monasterij Dominicanorum, & ex ea aliqua sunt addita & emendata.*